

CIC-1983	CIC-1983	NUOVO libro VI	NUOVO libro VI
Can. 1311 - La Chiesa ha il diritto nativo e proprio di costringere con sanzioni penali i delinquenti.	<i>Can. 1311 - Nativum et proprium Ecclesiae ius est christifideles delinquentes poenalibus sanctionibus coercere.</i>	<b>Can. 1311 - § 1.</b> <i>Nativum et proprium Ecclesiae ius est christifideles poenalibus sanctionibus coercendi qui delicta commiserint.</i>	<b>Can. 1311 - § 1.</b> La Chiesa ha il diritto nativo e proprio di costringere con sanzioni penali <b>coloro che hanno commesso delitti.</b>
		<b>§ 2.</b> <i>Qui Ecclesiae praeest bonum ipsius communitatis singulorumque christifidelium tueri ac promovere debet caritate pastoralis, exemplo vitae, consilio et adhortatione et, si opus sit, etiam poenarum irrogatione vel declaratione, iuxta legis praecepta semper cum aequitate canonica applicanda, prae oculis habens iustitiae restitutionem, rei emendationem et scandali reparationem.</i>	<b>§ 2.</b> Chi presiede nella Chiesa, deve custodire e promuovere il bene della stessa comunità e dei singoli fedeli, con la carità pastorale, con l'esempio della vita, con il consiglio e l'esortazione e, se necessario, anche con l'infrazione o la dichiarazione delle pene, secondo i precetti della legge, che sempre devono essere applicati con equità canonica, e tenendo presente la reintegrazione della giustizia, la correzione del reo e la riparazione dello scandalo.
Can. 1312 - §1. Le sanzioni penali nella Chiesa sono: 1° le pene medicinali o censure, elencate nei cann. 1331-1333; 2° le pene espiatorie di cui al can. 1336.	<i>Can. 1312 - § 1. Sanctiones poenales in Ecclesia sunt: 1° poenae medicinales seu censurae, quae in cann. 1331-1333 recensentur; 2° poenae expiatoriae, de quibus in Can. 1336.</i>	<b>Can. 1312 - § 1.</b> <i>Sanctiones poenales in Ecclesia sunt: 1° poenae medicinales seu censurae, quae in cann. 1331-1333 recensentur; 2° poenae expiatoriae, de quibus in can. 1336.</i>	<b>Can. 1312 - § 1.</b> Le sanzioni penali nella Chiesa sono: 1° le pene medicinali o censure, elencate nei cann. 1331-1333; 2° le pene espiatorie di cui nel can. 1336.
§2. La legge può stabilire pene espiatorie, che privino il fedele di qualche bene spirituale o temporale e siano congruenti con il fine soprannaturale della Chiesa.	<i>§2. Lex alias poenas expiatorias constituere potest, quae christifidelem aliquo bono spirituali vel temporali privent et supernaturali Ecclesiae fini sint consentaneae.</i>	<b>§ 2.</b> <i>Lex alias poenas expiatorias constituere potest, quae christifidelem aliquo bono spirituali vel temporali privent et supernaturali Ecclesiae fini sint consentaneae.</i>	§ 2. La legge può stabilire altre pene espiatorie, che privino il fedele di qualche bene spirituale o temporale e siano congruenti con il fine soprannaturale della Chiesa.
§3. Sono inoltre impiegati rimedi penali e penitenze, quelli soprattutto per prevenire i delitti, queste piuttosto per sostituire la pena o in aggiunta ad essa.	<i>§3. Praeterea remedia poenalia et paenitentiae adhibentur, illa quidem praesertim ad delicta praecavenda, haec potius ad poenam substituendam vel augendam.</i>	<b>§ 3.</b> <i>Praeterea adhibentur remedia poenalia et paenitentiae de quibus in cann. 1339 et 1340, illa quidem praesertim ad delicta praecavenda, haec potius ad poenam substituendam vel augendam.</i>	§ 3. Sono inoltre impiegati rimedi penali e penitenze, <b>di cui nei cann. 1339 e 1340</b> , quelli soprattutto per prevenire i delitti, queste piuttosto per sostituire la pena o in aggiunta ad essa.
Can. 1313 - §1. Se dopo che il delitto è stato commesso la legge subisce mutamenti, al reo si deve applicare la legge più favorevole.	<i>Can. 1313 - § 1. Si post delictum commissum lex mutetur, applicanda est lex reo favorabilior.</i>	<b>Can. 1313 - § 1.</b> <i>Si post delictum commissum lex mutetur, applicanda est lex reo favorabilior.</i>	<b>Can. 1313 - § 1.</b> Se dopo che il delitto è stato commesso la legge subisce mutamenti, al reo si deve applicare la legge più favorevole.
§2. Che se una legge posteriore elimina la legge, o almeno la pena, questa cessa immediatamente.	<i>§2. Quod si lex posterior tollat legem vel saltem poenam, haec statim cessat.</i>	<b>§ 2.</b> <i>Quod si lex posterior tollat legem vel saltem poenam, haec statim cessat.</i>	§ 2. Che se una legge posteriore elimina la legge, o almeno la pena, questa cessa immediatamente.
Can. 1314 - La pena per lo più è <i>ferendae sententiae</i> , di modo che non costringe il	<i>Can. 1314 - Poena plerumque est ferendae sententiae, ita ut reum non teneat, nisi</i>	<b>Can. 1314 - Poena <i>ordinarie</i> est ferendae sententiae, ita ut reum non teneat, nisi</b>	<b>Can. 1314 - La pena ordinariamente è <i>ferendae sententiae</i>, di modo che non</b>

<p>reo se non dopo essere stata inflitta; è poi <i>latae sententiae</i>, così che vi s'incorra per il fatto stesso d'aver commesso il delitto, sempre che la legge o il precetto espressamente lo stabilisca.</p>	<p><i>postquam irrogata sit; est autem latae sententiae, ita ut in eam incurratur ipso facto commissi delicti, si lex vel praeceptum id expresse statuatur.</i></p>	<p><i>postquam irrogata sit; est autem latae sententiae si lex vel praeceptum id expresse statuatur, ita ut in eam incurratur ipso facto commissi delicti.</i></p>	<p>costringe il reo se non dopo essere stata inflitta; è poi <i>latae sententiae</i>, sempre che la legge o il precetto espressamente lo stabilisca, di modo che in essa si incorra per il fatto stesso d'aver commesso il delitto.</p>
<p>Can. 1315 - §1. Chi ha potestà legislativa può anche emanare leggi penali; può inoltre munire, con leggi proprie, di una congrua pena, la legge divina o la legge ecclesiastica emanata dalla autorità superiore, osservati i limiti della propria competenza in ragione del territorio o delle persone.</p>	<p><i>Can. 1315 - § 1. Qui legislativam habet potestatem, potest etiam poenales leges ferre; potest autem <del>suis legibus</del> etiam legem divinam <del>vel legem ecclesiasticam, a superiore auctoritate latam, congrua poena munire, servatis suae competentiae limitibus ratione territorii vel personarum.</del></i></p>	<p><b>Can. 1315 - § 1.</b> Qui potestatem habet leges poenales ferendi, potest etiam legem divinam congrua poena munire.</p>	<p><b>Can. 1315 - § 1.</b> Chi ha potestà di emanare leggi penali può anche munire di una congrua pena la legge divina.</p>
<p>§3. La legge particolare può aggiungere altre pene a quelle stabilite dalla legge universale per qualche delitto; ciò tuttavia non si faccia se non vi sia una gravissima necessità. Se la legge universale prevede una pena indeterminata o facoltativa, la legge particolare può anche stabilire al suo posto una pena determinata od obbligatoria.</p>	<p><i>§3. Lex particularis potest etiam poenis universali lege constitutis in aliquod delictum alias addere; id autem ne faciat, nisi ex gravissima necessitate. Quod si lex universalis indeterminatam vel facultativam poenam comminetur, lex particularis potest etiam in illius locum poenam determinatam vel obligatoriam constituere.</i></p>	<p>§ 2. Legislatores inferior, attento can. 1317, potest insuper: 1° legem a superiore auctoritate latam congrua poena munire, servatis competentiae limitibus ratione territorii vel personarum; 2° poenis lege universali in aliquod delictum constitutis alias poenas addere; 3° poenam lege universali constitutam ut indeterminatam vel facultativam determinare aut obligatoriam reddere.</p>	<p>§ 2. Il legislatore inferiore, atteso il can. 1317, può inoltre: 1° munire di una congrua pena la legge emanata dall'autorità superiore, osservati i limiti della competenza in ragione del territorio o delle persone; 2° aggiungere altre pene a quelle stabilite dalla legge universale per qualche delitto; 3° determinare o rendere obbligatoria una pena che la legge universale stabilisce come indeterminata o come facoltativa.</p>
<p>§2. La legge può essa stessa determinare la pena, oppure lasciare la determinazione alla prudente valutazione del giudice.</p>	<p><i>§2. Lex ipsa potest poenam determinare vel prudenti iudicis aestimatione determinandam relinquere.</i></p>	<p>§ 3. Lex ipsa potest poenam determinare vel prudenti iudicis aestimationi determinandam relinquere.</p>	<p>§ 3. La legge può essa stessa determinare la pena, oppure lasciarne la determinazione alla prudente valutazione del giudice.</p>
<p>Can. 1316 - I Vescovi diocesani facciano in modo che nella stessa città o regione, qualora si debbano emanare leggi penali, lo si faccia nei limiti del possibile con uniformità.</p>	<p><i>Can. 1316 - Curent Episcopi dioecesani ut, quatenus fieri potest, in eadem civitate vel regione uniformes ferantur, <del>si quae ferendae sint,</del> poenales leges.</i></p>	<p><b>Can. 1316 - Curent Episcopi dioecesani ut, quatenus fieri potest, in eadem civitate vel regione uniformes ferantur poenales leges.</b></p>	<p><b>Can. 1316 - I Vescovi diocesani facciano in modo che nella stessa nazione o regione, si emanino leggi penali con uniformità, nei limiti del possibile.</b></p>
<p>Can. 1317 - Le pene siano costituite nella misura in cui si rendono veramente necessarie a provvedere più convenientemente alla disciplina ecclesiastica. La dimissione dallo stato clericale non può essere stabilita per legge particolare.</p>	<p><i>Can. 1317 - Poenae eatenus constituentur, quatenus vere necessariae sint ad aptius providendum ecclesiasticae disciplinae. Dimissio autem e statu clericali lege particulari constitui nequit.</i></p>	<p><b>Can. 1317 - Poenae eatenus constituentur, quatenus vere necessariae sint ad aptius providendum ecclesiasticae disciplinae. A legislatore autem inferiore dimissio e statu clericali constitui nequit.</b></p>	<p><b>Can. 1317 - Le pene siano costituite nella misura in cui si rendono veramente necessarie a provvedere più convenientemente alla disciplina ecclesiastica. La dimissione dallo stato clericale non può essere stabilita dal legislatore inferiore.</b></p>

Can. 1318 - Il legislatore non commini pene <i>latae sententiae</i> se non eventualmente contro qualche singolo delitto doloso, che o risulti arrecare gravissimo scandalo o non possa essere efficacemente punito con pene <i>ferendae sententiae</i> ; non costituisca poi censure, soprattutto la scomunica, se non con la massima moderazione e soltanto contro i delitti più gravi.	<i>Can. 1318 - Latae sententiae poenas ne comminetur legislator, nisi forte in singularia quaedam delicta dolosa, quae vel graviori esse possint scandalo vel efficaciter puniri poenis ferendae sententiae non possint; censuras autem, praesertim excommunicationem, ne constituat, nisi maxima cum moderatione et in sola delicta graviora.</i>	<b>Can. 1318 - Latae sententiae poenae ne constituentur, nisi forte in singularia quaedam delicta dolosa, quae vel graviori esse possint scandalo vel efficaciter puniri poenis ferendae sententiae non possint; censurae autem, praesertim excommunicatio, ne constituentur, nisi maxima cum moderatione et in sola delicta specialis gravitatis.</b>	<b>Can. 1318 - Non si stabiliscano pene <i>latae sententiae</i> se non eventualmente contro qualche singolo delitto doloso, che o risulti arrecare gravissimo scandalo o non possa essere efficacemente punito con pene <i>ferendae sententiae</i>; non si costituiscano poi censure, soprattutto la scomunica, se non con la massima moderazione e soltanto contro i delitti di speciale gravità.</b>
Can. 1319 - §1. Nella misura in cui qualcuno può imporre precetti in foro esterno in forza della potestà di governo, il medesimo può anche comminare con un precetto pene determinate, ad eccezione delle pene espiatorie perpetue.	<i>Can. 1319 - § 1. Quatenus quis potest vi potestatis regiminis in foro externo praecepta imponere, eatenus potest etiam poenas determinatas, exceptis expiatoriis perpetuis, per praeceptum comminari.</i>	<b>Can. 1319 - § 1. Quatenus quis potest vi potestatis regiminis in foro externo praecepta imponere iuxta praescripta cann. 48-58, eatenus potest etiam poenas determinatas, exceptis expiatoriis perpetuis, per praeceptum comminari.</b>	<b>Can. 1319 - § 1. Nella misura in cui qualcuno può imporre precetti in foro esterno in forza della potestà di governo secondo le disposizioni dei cann. 48-58, il medesimo può anche comminare con un precetto pene determinate, ad eccezione delle pene espiatorie perpetue.</b>
§2. Non si emani un precetto penale, se non dopo aver profondamente soppesato la cosa ed osservato quanto è stabilito per le leggi particolari nei cann. 1317-1318.	§2. <i>Praeceptum poenale ne feratur, nisi re mature perpensa, et iis servatis, quae in cann. 1317 et 1318 de legibus particularibus statuuntur.</i>	§ 2. <i>Si praeceptum poenale, re mature perpensa, imponendum sit, servantur quae statuuntur in cann. 1317 et 1318.</i>	§ 2. <b>Se, dopo aver diligentemente soppesato la cosa, sia necessario imporre un precetto penale, si osservi quanto è stabilito nei cann. 1317-1318.</b>
Can. 1320 - In tutto ciò in cui sono soggetti all'Ordinario del luogo i religiosi possono essere dal medesimo costretti con pene.	<i>Can. 1320 - In omnibus in quibus religiosi subsunt Ordinario loci, possunt ab eodem poenis coerceri.</i>	<b>Can. 1320 - In omnibus in quibus religiosi subsunt Ordinario loci, possunt ab eodem poenis coerceri.</b>	<b>Can. 1320 - In tutto ciò in cui sono soggetti all'Ordinario del luogo i religiosi possono essere dal medesimo costretti con pene.</b>
		<b>Can. 1321 - § 1. Quilibet innocens censetur donec contrarium probetur.</b>	<b>Can. 1321 - § 1. Chiunque è ritenuto innocente finché non sia provato il contrario.</b>
Can. 1321 - §1. Nessuno è punito, se la violazione esterna della legge o del precetto da lui commessa non sia gravemente imputabile per dolo o per colpa.	<i>Can. 1321 - § 1. Nemo punitur, nisi externa legis vel praecepti violatio, ab eo commissa, sit graviter imputabilis ex dolo vel ex culpa.</i>	§ 2. <i>Nemo punitur, nisi externa legis vel praecepti violatio, ab eo commissa, sit graviter imputabilis ex dolo vel ex culpa.</i>	§ 2. Nessuno è punito salvo che la violazione esterna della legge o del precetto da lui commessa non sia gravemente imputabile per dolo o per colpa.
§2. È tenuto alla pena stabilita da una legge o da un precetto, chi deliberatamente violò la legge o il precetto; chi poi lo fece per omissione della debita diligenza non è punito, salvo che la legge o il precetto non dispongano altrimenti.	§2. <i>Poena lege vel praecepto statuta is tenetur, qui legem vel praeceptum deliberate violavit; qui vero id egit ex omissione debita diligentiae, non punitur, nisi lex vel praeceptum aliter caveat.</i>	§ 3. <i>Poena lege vel praecepto statuta is tenetur, qui legem vel praeceptum deliberate violavit; qui vero id egit ex omissione debita diligentiae, non punitur, nisi lex vel praeceptum aliter caveat.</i>	§ 3. È tenuto alla pena stabilita da una legge o da un precetto, chi deliberatamente violò la legge o il precetto; chi poi lo fece per omissione della debita diligenza non è punito, salvo che la legge o il precetto non dispongano altrimenti.
§3. Posta la violazione esterna l'imputabilità si presume, salvo che non	§3. <i>Posita externa violatione, imputabilitas praesumitur, nisi aliud</i>	§ 4. <i>Posita externa violatione, imputabilitas praesumitur, nisi aliud</i>	§ 4. Posta la violazione esterna l'imputabilità si presume, salvo che non

risulti altrimenti.	<i>appareat.</i>	<i>appareat.</i>	appaia altrimenti.
Can. 1322 - Coloro che non hanno abitualmente l'uso della ragione, anche se hanno violato la legge o il precetto mentre apparivano sani di mente, sono ritenuti incapaci di delitto.	<i>Can. 1322 - Qui habitualiter rationis usu carent, etsi legem vel praeceptum violaverint dum sani videbantur, delicti incapaces habentur.</i>	<b>Can. 1322 -</b> <i>Qui habitualiter rationis usu carent, etsi legem vel praeceptum violaverint dum sani videbantur, delicti incapaces habentur.</i>	<b>Can. 1322</b> - Coloro che non hanno abitualmente l'uso della ragione, anche se hanno violato la legge o il precetto mentre apparivano sani di mente, sono ritenuti incapaci di delitto.
Can. 1323 - Non è passibile di alcuna pena chi, quando violò la legge o il precetto: 1° non aveva ancora compiuto i 16 anni di età; 2° senza sua colpa ignorava di violare una legge o un precetto; all'ignoranza sono equiparati l'inavvertenza e l'errore; 3° agì per violenza fisica o per un caso fortuito che non poté prevedere o previstolo non vi poté rimediare; 4° agì costretto da timore grave, anche se solo relativamente tale, o per necessità o per grave incomodo, a meno che tuttavia l'atto non fosse intrinsecamente cattivo o tornasse a danno delle anime; 5° agì per legittima difesa contro un ingiusto aggressore suo o di terzi, con la debita moderazione 6° era privo dell'uso di ragione, ferme restando le disposizioni dei cann. 1324, §1, n. 2 e 1325; 7° senza sua colpa credette esserci alcuna delle circostanze di cui al n. 4 o 5.	<i>Can. 1323 - Nulli poenae est obnoxius qui, cum legem vel praeceptum violavit: 1° sextum decimum aetatis annum nondum explevit; 2° sine culpa ignoravit se legem vel praeceptum violare; ignorantiae autem inadvertentia et error aequiparantur; 3° egit ex vi physica vel ex casu fortuito, quem praevidere vel cui praeviso occurrere non potuit; 4° metu gravi, quamvis relative tantum, coactus egit, aut ex necessitate vel gravi incommodo, nisi tamen actus sit intrinsece malus aut vergat in animarum damnum; 5° legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, debitum servans moderamen; 6° rationis usu carebat, firmis praescriptis cann. 1324, § 1, n. 2 et 1325; 7° sine culpa putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in nn. 4 vel 5.</i>	<b>Can. 1323 -</b> <i>Nulli poenae est obnoxius qui, cum legem vel praeceptum violavit: 1° sextum decimum aetatis annum nondum explevit; 2° sine culpa ignoravit se legem vel praeceptum violare; ignorantiae autem inadvertentia et error aequiparantur; 3° egit ex vi physica vel ex casu fortuito, quem praevidere vel cui praeviso occurrere non potuit; 4° metu gravi, quamvis relative tantum, coactus egit, aut ex necessitate vel gravi incommodo, nisi tamen actus sit intrinsece malus aut vergat in animarum damnum; 5° legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, debitum servans moderamen; 6° rationis usu carebat, firmis praescriptis cann. 1324, § 1, n. 2, et 1326, § 1, n. 4; 7° sine culpa putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in nn. 4 vel 5.</i>	<b>Can. 1323</b> - Non è passibile di alcuna pena chi, quando violò la legge o il precetto: 1° non aveva ancora compiuto i 16 anni di età; 2° senza sua colpa ignorava di violare una legge o un precetto; all'ignoranza sono equiparati l'inavvertenza e l'errore; 3° agì per violenza fisica o per un caso fortuito che non poté prevedere o previstolo non vi poté rimediare; 4° agì costretto da timore grave, anche se solo relativamente tale, o per necessità o per grave incomodo, a meno che tuttavia l'atto non fosse intrinsecamente cattivo o tornasse a danno delle anime; 5° agì per legittima difesa contro un ingiusto aggressore suo o di terzi, con la debita moderazione; 6° era privo dell'uso di ragione, ferme restando le disposizioni dei cann. 1324, § 1, n. 2 e 1326, § 1, n. 4; 7° senza sua colpa credette esserci alcuna delle circostanze di cui ai nn. 4 o 5.
Can. 1324 - §1. L'autore della violazione non è esentato dalla pena stabilita dalla legge o dal precetto, ma la pena deve essere mitigata o sostituita con una penitenza, se il delitto fu commesso: 1° da una persona che aveva l'uso di ragione soltanto in maniera imperfetta; 2° da una persona che mancava dell'uso di ragione a causa di ubriachezza o di altra simile perturbazione della mente, di cui fosse colpevole; 3° per grave impeto passionale, che	<i>Can. 1324 - § 1. Violationis auctor non eximitur a poena, sed poena lege vel praecepto statuta temperari debet vel in eius locum paenitentia adhiberi, si delictum patratum sit: 1° ab eo, qui rationis usum imperfectum tantum habuerit; 2° ab eo qui rationis usu carebat propter ebrietatem aliamve similem mentis perturbationem, quae culpabilis fuerit; 3° ex gravi passionis aestu, qui non omnem tamen mentis deliberationem et</i>	<b>Can. 1324 - § 1.</b> <i>Violationis auctor non eximitur a poena, sed poena lege vel praecepto statuta temperari debet vel in eius locum paenitentia adhiberi, si delictum patratum sit: 1° ab eo, qui rationis usum imperfectum tantum habuerit; 2° ab eo qui rationis usu carebat propter ebrietatem aliamve similem mentis perturbationem, quae culpabilis fuerit, <b>firmiter praescripto can. 1326, § 1, n. 4;</b> 3° ex gravi passionis aestu, qui non</i>	<b>Can. 1324 - § 1.</b> L'autore della violazione non è esentato dalla pena stabilita dalla legge o dal precetto, ma la pena deve essere mitigata o sostituita con una penitenza, se il delitto fu commesso: 1° da una persona che aveva l'uso di ragione soltanto in maniera imperfetta; 2° da una persona che mancava dell'uso di ragione a causa di ubriachezza o di altra simile perturbazione della mente, di cui fosse colpevole, <b>fermo restando il disposto del can. 1326, § 1, n. 4;</b>

<p>tuttavia non abbia preceduto ed impedito ogni deliberazione della mente e consenso della volontà, e purché la passione stessa non sia stata volontariamente eccitata o favorita;</p> <p>4° da un minore che avesse compiuto i 16 anni di età;</p> <p>5° da una persona costretta da timore grave, anche se solo relativamente tale, o per necessità o per grave incomodo, se il delitto commesso sia intrinsecamente cattivo o torni a danno delle anime;</p> <p>6° da chi agì per legittima difesa contro un ingiusto aggressore suo o di terzi, ma senza la debita moderazione;</p> <p>7° contro qualcuno che l'abbia gravemente e ingiustamente provocato;</p> <p>8° da chi per un errore, di cui sia colpevole, credette esservi alcuna delle circostanze di cui al can. 1323, n. 4 o 5;</p> <p>9° da chi senza colpa ignorava che alla legge o al precetto fosse annessa una pena;</p> <p>10° da chi agì senza piena imputabilità, purché questa fosse ancora grave.</p>	<p><i>voluntatis consensum praecesserit et impederit, et dummodo passio ipsa ne fuerit voluntarie excitata vel nutrita;</i></p> <p><i>4° a minore, qui aetatem sedecim annorum explevit;</i></p> <p><i>5° ab eo, qui metu gravi, quamvis relative tantum, coactus est, aut ex necessitate vel gravi incommodo, si delictum sit intrinsece malum vel in animarum damnum vergat;</i></p> <p><i>6° ab eo, qui legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, nec tamen debitum servavit moderamen;</i></p> <p><i>7° adversus aliquem graviter et iniuste provocantem;</i></p> <p><i>8° ab eo, qui per errorem, ex sua tamen culpa, putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in Can. 1323, nn. 4 vel 5;</i></p> <p><i>9° ab eo, qui sine culpa ignoravit poenam legi vel praecepto esse adnexam;</i></p> <p><i>10° ab eo, qui egit sine plena imputabilitate, dummodo haec gravis permanserit.</i></p>	<p><i>omnem tamen mentis deliberationem et voluntatis consensum praecesserit et impederit, et dummodo passio ipsa ne fuerit voluntarie excitata vel nutrita;</i></p> <p><i>4° a minore, qui aetatem sedecim annorum explevit;</i></p> <p><i>5° ab eo, qui metu gravi, quamvis relative tantum, coactus est, aut ex necessitate vel gravi incommodo <b>egit</b>, si delictum sit intrinsece malum vel in animarum damnum vergat;</i></p> <p><i>6° ab eo, qui legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, nec tamen debitum servavit moderamen;</i></p> <p><i>7° adversus aliquem graviter et iniuste provocantem;</i></p> <p><i>8° ab eo, qui per errorem, ex sua tamen culpa, putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in can. 1323, nn. 4 vel 5;</i></p> <p><i>9° ab eo, qui sine culpa ignoravit poenam legi vel praecepto esse adnexam;</i></p> <p><i>10° ab eo, qui egit sine plena imputabilitate, dummodo haec gravis permanserit.</i></p>	<p>3° per grave impeto passionale, che tuttavia non abbia preceduto ed impedito ogni deliberazione della mente e consenso della volontà e purché la passione stessa non sia stata volontariamente eccitata o favorita;</p> <p>4° da un minore che avesse compiuto i 16 anni di età;</p> <p>5° da una persona costretta da timore grave, anche se soltanto relativamente tale, o che agì per necessità o per grave incomodo, se il delitto commesso sia intrinsecamente cattivo o torni a danno delle anime;</p> <p>6° da chi agì per legittima difesa contro un ingiusto aggressore suo o di terzi, ma senza la debita moderazione;</p> <p>7° contro qualcuno che l'abbia gravemente e ingiustamente provocato;</p> <p>8° da chi per un errore, di cui sia colpevole, credette esservi alcuna delle circostanze di cui al can. 1323, nn. 4 o 5;</p> <p>9° da chi senza colpa ignorava che alla legge o al precetto fosse annessa una pena;</p> <p>10° da chi agì senza piena imputabilità, purché questa rimanga ancora grave.</p>
<p>§2. Il giudice può agire allo stesso modo quando vi sia qualche altra circostanza attenuante la gravità del delitto.</p>	<p><i>§2. Idem potest iudex facere, si qua alia adsit circumstantia, quae delicti gravitatem deminuat.</i></p>	<p><i>§ 2. Idem potest iudex facere, si qua alia adsit circumstantia, quae delicti gravitatem deminuat.</i></p>	<p>§ 2. Il giudice può agire allo stesso modo quando vi sia qualche altra circostanza attenuante la gravità del delitto.</p>
<p>§3. Nelle circostanze di cui al §1, il reo non è tenuto dalle pene <i>latae sententiae</i>.</p>	<p><i>§3. In circumstantiis, de quibus in § 1, reus poena latae sententiae non tenetur.</i></p>	<p><i>§ 3. In circumstantiis, de quibus in § 1, reus poena latae sententiae non tenetur, <b>attamen ad resipiscentiam vel ad scandalum reparationem, ipsi poenae mitiores irrogari vel poenitentiae applicari possunt.</b></i></p>	<p>§ 3. Nelle circostanze di cui al § 1, il reo non è tenuto alla pena <i>latae sententiae</i>, <b>tuttavia possono essere inflitte al medesimo pene più miti oppure gli si possono applicare delle penitenze al fine del ravvedimento o della riparazione dello scandalo.</b></p>
<p>Can. 1325 - L'ignoranza crassa o supina o affettata non può mai essere presa in considerazione nell'applicare le disposizioni dei cann. 1323 e 1324;</p>	<p><i>Can. 1325 - Ignorantia crassa vel supina vel affectata numquam considerari potest in applicandis praescriptis cann. 1323 et 1324;</i></p>	<p><b>Can. 1325 - Ignorantia crassa vel supina vel affectata numquam considerari potest in applicandis praescriptis cann. 1323 et 1324.</b></p>	<p><b>Can. 1325 - L'ignoranza crassa o supina o affettata non può mai essere presa in considerazione nell'applicare le disposizioni dei cann. 1323 e 1324.</b></p>
<p>Can. 1326 - §1. Il giudice può punire più</p>	<p><i>Can. 1326 - § 1. Iudex gravior punire</i></p>	<p><b>Can. 1326 - § 1. Iudex gravior punire</b></p>	<p><b>Can. 1326 - § 1. Il giudice deve punire più</b></p>

<p>gravemente di quanto la legge o il precetto stabiliscono: 1° chi dopo la condanna o la dichiarazione della pena persiste ancora nel delinquere, a tal punto da lasciar prudentemente presumere dalle circostanze la sua pertinacia nella cattiva volontà; 2° chi è costituito in dignità o chi ha abusato dell'autorità o dell'ufficio per commettere il delitto; 3° <b>il reo</b> che, essendo stabilita una pena per il delitto colposo, prevede l'evento e ciononostante omise le precauzioni per evitarlo, come qualsiasi persona diligente avrebbe fatto.</p> <p>Can. 1325 - parimenti non si considerano l'ubriachezza o altre perturbazioni della mente se ricercate ad arte per mettere in atto il delitto o scusarsene, e la passione volontaria eccitata o favorita.</p>	<p><b>potest</b> quam lex vel praeceptum statuit: 1° eum, qui post condemnationem vel poenae declarationem ita delinquere pergit, ut ex adiunctis prudenter eius pertinacia in mala voluntate conici possit; 2° eum, qui in dignitate aliqua constitutus est, vel qui auctoritate aut officio abusus est ad delictum patrandum; 3° reum, qui, cum poena in delictum culposum constituta sit, eventum praevidit et nihilominus cautiones ad eum vitandum omisit, quas diligens quilibet adhibuisset.</p> <p><i>item ebrietas aliaeve mentis perturbationes, si sint de industria ad delictum patrandum vel excusandum quaesitae, et passio, quae voluntarie excitata vel nutrita sit.</i></p>	<p><b>debet</b> quam lex vel praeceptum statuit: 1° eum, qui post condemnationem vel poenae declarationem ita delinquere pergit, ut ex adiunctis prudenter eius pertinacia in mala voluntate conici possit; 2° eum, qui in dignitate aliqua constitutus est, vel qui auctoritate aut officio abusus est ad delictum patrandum; 3° eum, qui, cum poena in delictum culposum constituta sit, eventum praevidit et nihilominus cautiones ad eum vitandum omisit, quas diligens quilibet adhibuisset; 4° eum, qui deliquerit in statu ebrietatis aliusve mentis perturbationis, quae sint de industria ad delictum patrandum vel excusandum quaesitae, aut ob passionem voluntarie excitatam vel nutritam.</p>	<p>gravemente di quanto la legge o il precetto stabiliscono: 1° chi dopo la condanna o la dichiarazione della pena persiste ancora nel delinquere, a tal punto da lasciar prudentemente presumere dalle circostanze la sua pertinacia nella cattiva volontà; 2° chi è costituito in dignità o chi ha abusato dell'autorità o dell'ufficio per commettere il delitto; 3° <b>chi</b> essendo stabilita una pena per il delitto colposo, prevede l'evento e ciononostante omise le precauzioni per evitarlo, come qualsiasi persona diligente avrebbe fatto; 4° chi abbia commesso il delitto in stato di ubriachezza o in altra perturbazione della mente, ricercate ad arte per mettere in atto il delitto o scusarsene, o a causa di passione volontariamente eccitata o favorita.</p>
<p>§2. Nei casi di cui al §1, se la pena stabilita sia <i>latae sententiae</i>, vi si può aggiungere un'altra pena o una penitenza.</p>	<p>§2. <i>In casibus, de quibus in § 1, si poena constituta sit latae sententiae, alia poena addi potest vel paenitentia.</i></p>	<p>§ 2. <i>In casibus, de quibus in § 1, si poena constituta sit latae sententiae, alia poena addi potest vel paenitentia.</i></p>	<p>§ 2. Nei casi di cui al § 1, se la pena stabilita sia <i>latae sententiae</i>, vi si può aggiungere un'altra pena o una penitenza.</p>
		<p><b>§ 3. In iisdem casibus, si poena constituta sit ut facultativa, fit obligatoria.</b></p>	<p><b>§ 3. Nei medesimi casi, se la pena è stabilita come facultativa, diventa obbligatoria.</b></p>
<p>Can. 1327 - La legge particolare può stabilire altre circostanze esimenti, attenuanti o aggravanti, oltre ai cann. 1323-1326, sia con una norma generale, sia per i singoli delitti. Parimenti si possono stabilire nel precetto circostanze che esimano dalla pena costituita con il precetto o l'attenuino o l'aggravino.</p>	<p><i>Can. 1327 - Lex particularis potest alias circumstantias eximentes, attenuantes vel aggravantes, praeter casus in cann. 1323-1326, statuere, sive generali norma, sive pro singulis delictis. Item in praecepto possunt circumstantiae statui, quae a poena praecepto constituta eximant, vel eam attenuent vel aggravent.</i></p>	<p><b>Can. 1327 - Lex particularis potest alias circumstantias eximentes, attenuantes vel aggravantes, praeter casus <i>de quibus</i> in cann. 1323-1326, statuere, sive generali norma, sive pro singulis delictis. Item in praecepto possunt circumstantiae statui, quae a poena praecepto constituta eximant, vel eam attenuent vel aggravent.</b></p>	<p><b>Can. 1327 -</b> La legge particolare può stabilire altre circostanze esimenti, attenuanti o aggravanti, oltre ai casi di cui nei cann. 1323-1326, sia con una norma generale, sia per i singoli delitti. Parimenti si possono stabilire nel precetto circostanze che esimano dalla pena costituita con il precetto o l'attenuino o l'aggravino.</p>
<p>Can. 1328 - §1. Chi fece od omise alcunché per il compimento di un delitto, che tuttavia, nonostante la sua volontà, effettivamente non commise, non è</p>	<p><i>Can. 1328 - § 1. Qui aliquid ad delictum patrandum egit vel omisit, nec tamen, praeter suam voluntatem, delictum consummavit, non tenetur poena in</i></p>	<p><b>Can. 1328 - § 1. Qui aliquid ad delictum patrandum egit vel omisit, nec tamen, praeter suam voluntatem, delictum consummavit, non tenetur poena in</b></p>	<p><b>Can. 1328 - § 1.</b> Chi fece od omise alcunché per il compimento di un delitto, che tuttavia, nonostante la sua volontà, effettivamente non commise, non è tenuto</p>

tenuto alla pena stabilita per il delitto effettivamente compiuto, a meno che la legge o il precetto non dispongano altrimenti.	<i>delictum consummatum statuta, nisi lex vel praeceptum aliter caveat.</i>	<i>delictum consummatum statuta, nisi lex vel praeceptum aliter caveat.</i>	alla pena stabilita per il delitto effettivamente compiuto, a meno che la legge o il precetto non dispongano altrimenti.
§2. Che se quegli atti od omissioni per loro natura conducono all'esecuzione del delitto, l'autore può essere sottoposto ad una penitenza o ad un rimedio penale, a meno che non abbia spontaneamente desistito dall'esecuzione già intrapresa del delitto. Se poi ne sia derivato scandalo o altro grave danno o pericolo, l'autore, anche se abbia spontaneamente desistito, può essere punito con una giusta pena, tuttavia più lieve di quella stabilita per il delitto effettivamente compiuto.	§2. <i>Quod si actus vel omissiones natura sua ad delicti executionem conducant, auctor potest paenitentiae vel remedio poenali subici, nisi sponte ab incepta delicti executione destiterit. Si autem scandalum aliudve grave damnum vel periculum evenerit, auctor, etsi sponte destiterit, iusta potest poena puniri, levioere tamen quam quae in delictum consummatum constituta est.</i>	§ 2. <i>Quod si actus vel omissiones natura sua ad delicti executionem conducant, auctor potest paenitentiae vel remedio poenali subici, nisi sponte ab incepta delicti executione destiterit. Si autem scandalum aliudve grave damnum vel periculum evenerit, auctor, etsi sponte destiterit, iusta potest poena puniri, levioere tamen quam quae in delictum consummatum constituta est.</i>	§ 2. Che se quegli atti od omissioni per loro natura conducono all'esecuzione del delitto, l'autore può essere sottoposto ad una penitenza o ad un rimedio penale, a meno che non abbia spontaneamente desistito dall'esecuzione già intrapresa del delitto. Se poi ne sia derivato scandalo o altro grave danno o pericolo, l'autore, anche se abbia spontaneamente desistito, può essere punito con una giusta pena, tuttavia più lieve di quella stabilita per il delitto effettivamente compiuto.
Can. 1329 - §1. Coloro che di comune accordo concorrono nel delitto, e non vengono espressamente nominati dalla legge o dal precetto, se sono stabilite pene <i>ferendae sententiae</i> contro l'autore principale, sono soggetti alle stesse pene o ad altre di pari o minore gravità.	<i>Can. 1329 - § 1. Qui communi delinquendi consilio in delictum concurrunt, neque in lege vel praecepto expresse nominantur, si poenae ferendae sententiae in auctorem principalem constitutae sint, iisdem poenis subiciuntur vel aliis eiusdem vel minoris gravitatis.</i>	<b>Can. 1329 - § 1.</b> <i>Qui communi delinquendi consilio in delictum concurrunt, neque in lege vel praecepto expresse nominantur, si poenae ferendae sententiae in auctorem principalem constitutae sint, iisdem poenis subiciuntur vel aliis eiusdem vel minoris gravitatis.</i>	<b>Can. 1329 - § 1.</b> Coloro che di comune accordo concorrono nel delitto, e non vengono espressamente nominati dalla legge o dal precetto, se sono stabilite pene <i>ferendae sententiae</i> contro l'autore principale, sono soggetti alle stesse pene o ad altre di pari o minore gravità.
§2. Incorrono nella pena <i>latae sententiae</i> annessa al delitto i complici non nominati dalla legge o dal precetto, se senza la loro opera il delitto non sarebbe stato commesso e la pena sia di tal natura che possa essere loro applicata, altrimenti possono essere puniti con pene <i>ferendae sententiae</i> .	§2. <i>In poenam latae sententiae delicto adnexam incurrunt complices, qui in lege vel praecepto non nominantur, si sine eorum opera delictum patratum non esset, et poena sit talis naturae, ut ipsos afficere possit; secus poenis ferendae sententiae puniri possunt.</i>	§ 2. <i>In poenam latae sententiae delicto adnexam incurrunt complices, qui in lege vel praecepto non nominantur, si sine eorum opera delictum patratum non esset, et poena sit talis naturae, ut ipsos afficere possit; secus poenis ferendae sententiae puniri possunt.</i>	§ 2. Incorrono nella pena <i>latae sententiae</i> annessa al delitto i complici non nominati dalla legge o dal precetto, se senza la loro opera il delitto non sarebbe stato commesso e la pena sia di tal natura che possa essere loro applicata, altrimenti possono essere puniti con pene <i>ferendae sententiae</i> .
Can. 1330 - Il delitto che consiste in una dichiarazione o in altra manifestazione di volontà, di dottrina o di scienza, non deve considerarsi effettivamente compiuto, se nessuno raccolga quella dichiarazione o manifestazione.	<i>Can. 1330 - Delictum quod in declaratione consistat vel in alia voluntatis vel doctrinae vel scientiae manifestatione, tamquam non consummatum censendum est, si nemo eam declarationem vel manifestationem percipiat.</i>	<b>Can. 1330 - Delictum quod in declaratione consistat vel in alia voluntatis vel doctrinae vel scientiae manifestatione, tamquam non consummatum censendum est, si nemo eam declarationem vel manifestationem percipiat.</b>	<b>Can. 1330 -</b> Il delitto che consiste in una dichiarazione o in altra manifestazione di volontà, di dottrina o di scienza, non deve considerarsi effettivamente compiuto, se nessuno raccolga quella dichiarazione o manifestazione.
Can. 1331 - §1. Allo scomunicato è fatto divieto: <a href="#">1° di prendere parte in alcun modo come</a>	<i>Can. 1331 - § 1. Excommunicatus <b>vetatur</b>: 1° ullam habere participationem ministerialem in celebrandis Eucharistiae</i>	<b>Can. 1331 - § 1.</b> <i>Excommunicatus <b>prohibetur</b>: 1° Eucharistiae Sacrificium et reliqua</i>	<b>Can. 1331 - § 1.</b> Allo scomunicato è proibito: <a href="#">1° di celebrare il Sacrificio dell'Eucaristia</a>

<p>ministro alla celebrazione del Sacrificio dell'Eucarestia o di qualunque altra cerimonia di culto pubblico; 2° di celebrare sacramenti o sacramentali e di ricevere i sacramenti; 3° di esercitare funzioni in uffici o ministeri o incarichi ecclesiastici qualsiasi, o di porre atti di governo.</p>	<p><i>Sacrificio vel quibuslibet aliis cultus caerimoniis;</i> 2° <i>sacramenta vel sacramentalia celebrare et sacramenta recipere;</i> 3° <i>ecclesiasticis officiis vel ministeriis vel muneribus quibuslibet fungi vel actus regiminis ponere.</i></p>	<p><i>sacramenta celebrare;</i> 2° <i>sacramenta recipere;</i> 3° <i>sacramentalia administrare et reliquas cultus liturgici caeremonias celebrare;</i> 4° <i>in celebrationibus antea recensitis ullam partem activam habere;</i> 5° <i>ecclesiastica officia, munera, ministeria et functiones exercere;</i> 6° <i>actus regiminis ponere.</i></p>	<p>e gli altri sacramenti; 2° di ricevere i sacramenti; 3° di amministrare i sacramentali e di celebrare le altre cerimonie di culto liturgico; 4° di avere alcuna parte attiva nelle celebrazioni sopra enumerate; 5° di esercitare uffici o incarichi o ministeri o funzioni ecclesiastici; 6° di porre atti di governo.</p>
